

## Caesar, de bello Gallico, I,6

### Raum für Notizen

1 Erant omnino itinera duo,  
2        quibus itineribus domo exire possent:  
3 unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, \_\_\_\_\_  
4        vix qua singuli carri ducerentur,  
5 mons autem altissimus impedebat,  
6        ut facile per pauci prohibere possent;  
7 alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius,  
8        propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum,  
9        qui nuper pacati erant,  
10      Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur.  
11 Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. \_\_\_\_\_  
12 Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.  
13      Allobrogibus sese vel persuasuros (esse),  
14        quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur,  
15 existimabant  
16        vel vi coacturos (esse),  
17        ut per suos fines eos ire paterentur.  
18      Omnibus rebus ad profecionem comparatis  
19 diem dicunt,  
20        qua die ad ripam Rhodani omnes convenient.  
21 Is dies erat a. d. V. Kal. Apr.\*  
22      L.Pisone A.Gabinio consulibus\*\*

---

\* ante diem quintum Kalendas Apriles = am 5. Tag vor den April-Kalenden = 28. März

\*\* Konsulatsjahr des L.Piso und des A.Gabinius = 58 v. Chr.